



**Devocionário com orações e
meditações do Santo Rosário**
(latim e português)

1. Sinal da Cruz

Per signum crucis, de inimicis nostris libera nos

Deus noster.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

2. Oferecimento do terço

3. Credo

Credo in unum Deum, Patrem onipotentem factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium.

Et in unum Dominum, Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines et propter nostram salutem, descendit de cælis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum scripturas et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos cujus regni non erit finis.

Et Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem qui ex Patre Filioque procedit.

Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas.

Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.

Et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi sæculi. Amen.

4. Pai Nosso, na conta grande

Pater Noster, qui es in cælis.

Sanctificetur nomen tuuum.

Adveniat regnum tuum.

Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Pelo sinal da Santa Cruz, livrai-nos, Deus nosso Senhor, de nossos inimigos.

Em nome do Pai e do Filho e do Espírito Santo. Amém.

Creio em um só Deus, Pai onipotente criador do céu e da terra, de todas as coisas visíveis e invisíveis.

E em um Senhor, Jesus Cristo, filho unigênito de Deus, e nascido do Pai antes de todos os séculos.

Deus de Deus, Luz da Luz, Deus verdadeiro de Deus verdadeiro, gerado, não criado, consubstancial ao Pai, por quem tudo foi feito.

O qual, por causa de nós homens e por causa da nossa salvação, desceu dos céus e se incarnou pelo Espírito Santo, de Maria Virgem e se fez homem.

Também por nós foi crucificado, sob de Pôncio Pilatos, padeceu e foi sepultado.

Ressuscitou ao terceiro dia segundo as escrituras e subiu ao céu, onde está sentado à direita do Pai.

E de novo há de vir em sua glória julgar os vivos e mortos, cujo reino não terá fim.

Creio no Espírito Santo, Senhor que dá a vida e que procede do Pai e do Filho.

Que com o Pai e o Filho é adorado e glorificado, ele que falou pelos profetas.

Creio na Igreja, una, santa, católica e apostólica.

Professo um só batismo para remissão dos pecados.

E espero a ressurreição dos mortos e a vida do mundo que há de vir. Amém.

Pai Nosso, que estais nos céus.

Santificado seja o vosso nome.

Venha a nós o vosso reino.

Seja feita a vossa vontade assim na terra como nos céus.

O pão nosso de cada dia nos dai hoje.

Perdoai as nossas dívidas, assim como nós perdoamos os nosso devedores.

E não nos deixei cair em tentação, mas livrai-nos do mal. Amém.

5. Três ‘Ave Maria’, em cada conta pequena

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.

Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

6. Glória

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A partir de então, começamos a meditar nos mistérios. Se rezamos o Rosário completo (três terços), em cada terço meditamos um conjunto de mistérios: gozosos, dolorosos e gloriosos. Se rezamos apenas um terço, no dia devemos observar o dia da semana em que nos encontramos para saber em quais mistérios meditar.

8. Pronunciamos o mistério (v. lista após item 10)

9. Pai Nosso, na conta grande

10. Dez ‘Ave Maria’, em cada conta pequena (ao final de cada dez ‘Ave Maria’, v. item 11 da página 9)

Mysteria Gaudiosa

Feria Secunda, Feria Quinta, Sabbatum

I. Quem, Virgo, concepisti.

Evangelium secundum Matthæum 1:18

¹⁸*Iesu Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.*

Evangelium secundum Lucam 1:26-38

²⁶*In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,*

²⁷*ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, et nomen virginis Maria.*

²⁸*Et ingressus ad eam dixit: “Ave, gratia plena, Dominus tecum”.*

²⁹*Ipsa autem turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio.*

³⁰*Et ait angelus ei: “Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Deum.*

³¹*Et ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius Iesum.*

³²*Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius,*

³³*et regnabit super domum Iacob in æternum, et regni eius non erit finis”.*

³⁴*Dixit autem Maria ad angelum: “Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?”.*

³⁵*Et respondens angelus dixit ei: “Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi:*

Ave Maria, cheia de graça, o Senhor é convosco.

Bendita sois vós entre as mulheres, e bendito é o fruto do vosso ventre, Jesus.

Santa Maria, Mãe de Deus, rogai por nós pecadores, agora e na hora de nossa morte. Amém.

Glória ao Pai, ao Filho e ao Espírito Santo. Assim como era no princípio, agora e sempre, e pelos séculos dos séculos. Amém.

Mistérios Gozosos

Segunda-feira, Quinta-feira, Sábado

I. Aquele que, virgem, concebeste.

Evangelho segundo Mateus 1:18

¹⁸Ora, o nascimento de Jesus Cristo foi assim: Enquanto Maria, sua mãe, desposada com José, antes de se juntarem, achou-se ter concebido do Espírito Santo.

Evangelho segundo Lucas 1:26-38

²⁶No sexto mês, o anjo Gabriel foi enviado por Deus a uma cidade da Galiléia, chamada Nazaré,

²⁷a uma virgem desposada com um homem que se chamava José, da casa de Davi e o nome da virgem era Maria.

²⁸Entrando, o anjo disse-lhe: Ave, cheia de graça, o Senhor é contigo.

²⁹Perturbou-se ela com estas palavras e pôs-se a pensar no que significaria semelhante saudação.

³⁰O anjo disse-lhe: Não temas, Maria, pois encontraste graça diante de Deus.

³¹Eis que conceberás e darás à luz um filho, e lhe porás o nome de Jesus.

³²Ele será grande e chamar-se-á Filho do Altíssimo, e o Senhor Deus lhe dará o trono de seu pai Davi; e reinará eternamente na casa de Jacó,

³³e o seu reino não terá fim.

³⁴Maria perguntou ao anjo: Como se fará isso, pois não conheço homem?

³⁵Respondeu-lhe o anjo: O Espírito Santo descerá

ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.

³⁶*Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senecta sua, et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis,*

³⁷*quia non erit impossibile apud Deum omne verbum”.*

³⁸*Dixit autem Maria: “Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum”. Et discessit ab illa angelus.*

II. Quem visitando Elisabeth portasti.

Evangelium secundum Lucam 1:39-45

³⁹*Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iudæ*

⁴⁰*et intravit in domum Zachariæ et salutavit Elisabeth.*

⁴¹*Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth*

⁴²*et exclamavit voce magna et dixit: “Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.*

⁴³*Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?*

⁴⁴*Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo.*

⁴⁵*Et beata, quæ credidit, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt ei a Domino”.*

III. Quem, Virgo, genuisti.

Evangelium secundum Lucam 2:6-12

⁶*Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret,*

⁷*et peperit filium suum primogenitum; et pannis eum involvit et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in deversorio.*

⁸*Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigiliis noctis supra gregem suum.*

⁹*Et angelus Domini stetit iuxta illos, et claritas Domini circumfulsit illos, et timuerunt timore magno.*

¹⁰*Et dixit illis angelus: “Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo,*

¹¹*quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.*

¹²*Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum et positum in præsepio”.*

sobre ti, e a força do Altíssimo te envolverá com a sua sombra. Por isso o ente santo que nascer de ti será chamado Filho de Deus.

³⁶Também Isabel, tua parenta, até ela concebeu um filho na sua velhice; e já está no sexto mês aquela que é tida por estéril,

³⁷porque a Deus nenhuma coisa é impossível.

³⁸Então disse Maria: Eis aqui a serva do Senhor. Faça-se em mim segundo a tua palavra. E o anjo afastou-se dela.

II. Aquele que, visitando Isabel, portaste.

Evangelho segundo Lucas 1:39-45

³⁹E, naqueles dias, levantando-se Maria, foi apressada às montanhas, a uma cidade de Judá,

⁴⁰E entrou em casa de Zacarias, e saudou a Isabel.

⁴¹E aconteceu que, ao ouvir Isabel a saudação de Maria, a criancinha saltou no seu ventre; e Isabel foi cheia do Espírito Santo.

⁴²E exclamou com grande voz, e disse: Bendita és tu entre as mulheres, e bendito o fruto do teu ventre.

⁴³E de onde me provém isto a mim, que venha visitar-me a mãe do meu Senhor?

⁴⁴Pois eis que, ao chegar aos meus ouvidos a voz da tua saudação, a criancinha saltou de alegria no meu ventre.

⁴⁵Bem-aventurada a que creu, pois não de cumprir-se as coisas que da parte do SENHOR lhe foram ditas.

III. Aquele que, virgem, deste à luz.

Evangelho segundo Lucas 2:6-12

⁶E aconteceu que, estando eles ali, se cumpriram os dias em que ela havia de dar à luz.

⁷E deu à luz a seu filho primogênito, e envolveu-o em panos, e deitou-o numa manjedoura, porque não havia lugar para eles na estalagem.

⁸Ora, havia naquela mesma comarca pastores que estavam no campo, e guardavam, durante as vigílias da noite, o seu rebanho.

⁹E eis que o anjo do Senhor veio sobre eles, e a glória do Senhor os cercou de resplendor, e tiveram grande temor.

¹⁰E o anjo lhes disse: Não temais, porque eis aqui vos trago novas de grande alegria, que será para todo o povo:

¹¹Pois, na cidade de Davi, vos nasceu hoje o Salvador, que é Cristo, o Senhor.

¹²E isto vos será por sinal: Achareis o menino envolto em panos, e deitado numa manjedoura.

IV. Quem in templo præsentasti.

Evangelium secundum Lucam 2:25-32

²⁵*Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, et homo iste iustus et timoratus, exspectans consolationem Israel, et Spiritus Sanctus erat super eum;*

²⁶*et responsum acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini.*

²⁷*Et venit in Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo,*

²⁸*et ipse accepit eum in ulnas suas et benedixit Deum et dixit:*

²⁹*”Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace,*

³⁰*quia viderunt oculi mei salutare tuum,*

³¹*quod parasti ante faciem omnium populorum,*

³²*lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuæ Israel”.*

V. Quem in templo invenisti.

Evangelium secundum Lucam 2:41-50

⁴¹*Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die festo Paschæ.*

⁴²*Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi,*

⁴³*consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius.*

⁴⁴*Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos;*

⁴⁵*et non invenientes regressi sunt in Ierusalem requirentes eum.*

⁴⁶*Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos et interrogantem eos;*

⁴⁷*stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia et responsis eius.*

⁴⁸*Et videntes eum admirati sunt, et dixit Mater eius ad illum: “Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te”.*

⁴⁹*Et ait ad illos: “Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?”.*

⁵⁰*Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos.*

IV. Aquele que, no templo, apresentaste.

Evangelho segundo Lucas 2:25-32

²⁵Havia em Jerusalém um homem cujo nome era Simeão; e este homem era justo e temente a Deus, esperando a consolação de Israel; e o Espírito Santo estava sobre ele.

²⁶E fora-lhe revelado, pelo Espírito Santo, que ele não morreria antes de ter visto o Cristo do Senhor.

²⁷E pelo Espírito foi ao templo e, quando os pais trouxeram o menino Jesus, para com ele procederem segundo o uso da lei,

²⁸Ele, então, o tomou em seus braços, e louvou a Deus, e disse:

²⁹Agora, Senhor, despedes em paz o teu servo, Segundo a tua palavra;

³⁰Pois já os meus olhos viram a tua salvação,

³¹A qual tu preparaste perante a face de todos os povos;

³²Luz para iluminar as nações, E para glória de teu povo Israel.

V. Aquele que, no templo, encontraste.

Evangelho segundo Lucas 2:41-50

⁴¹Ora, todos os anos iam seus pais a Jerusalém à festa da páscoa;

⁴²E, tendo ele já doze anos, subiram a Jerusalém, segundo o costume do dia da festa.

⁴³E, regressando eles, terminados aqueles dias, ficou o menino Jesus em Jerusalém, e não o soube José, nem sua mãe.

⁴⁴Pensando, porém, eles que viria de companhia pelo caminho, andaram caminho de um dia, e procuravam-no entre os parentes e conhecidos;

⁴⁵E, como o não encontrassem, voltaram a Jerusalém em busca dele.

⁴⁶E aconteceu que, passados três dias, o acharam no templo, assentado no meio dos doutores, ouvindo-os, e interrogando-os.

⁴⁷E todos os que o ouviam admiravam a sua inteligência e respostas.

⁴⁸E quando o viram, maravilharam-se, e disse-lhe sua mãe: Filho, por que fizeste assim para conosco?

⁴⁹Eis que teu pai e eu ansiosos te procurávamos.

E ele lhes disse: Por que é que me procuráveis? Não sabeis que me convém tratar dos negócios de meu Pai?

⁵⁰E eles não compreenderam as palavras que lhes dizia.

Mysteria Dolorosa

Feria Tertia, Feria Sextaba

I. Qui pro nobis sanguinem sudavit.

Evangelium secundum Lucam 22:39-46

³⁹*Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum; secuti sunt autem illum et discipuli.*

⁴⁰*Et cum pervenisset ad locum, dixit illis: "Orate, ne intretis in tentationem".*

⁴¹*Et ipse avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, et, positus genibus, orabat*

⁴²*dicens: "Pater, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamen non mea voluntas sed tua fiat".*

⁴³*Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat.*

⁴⁴*Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.*

⁴⁵*Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad discipulos, invenit eos dormientes præ tristitia*

⁴⁶*et ait illis: "Quid dormitis? Surgite; orate, ne intretis in tentationem".*

II. Qui pro nobis flagellatus est.

Evangelium secundum Matthæum 27:26

²⁶*Tunc dimisit illis Barabbam; Iesum autem flagellatum tradidit, ut crucifigeretur.*

Evangelium secundum Marcum 15:6-15

⁶*Per diem autem festum dimittere solebat illis unum ex vincitis, quem peterent.*

⁷*Erat autem qui dicebatur Barabbas, vincitus cum seditiosis, qui in seditione fecerant homicidium.*

⁸*Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut faciebat illis.*

⁹*Pilatus autem respondit eis et dixit: "Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?".*

¹⁰*Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes.*

¹¹*Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis.*

¹²*Pilatus autem iterum respondens aiebat illis: "Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?".*

¹³*At illi iterum clamaverunt: "Crucifige eum!".*

¹⁴*Pilatus vero dicebat eis: "Quid enim mali fecit?". At illi magis clamaverunt: "Crucifige eum!".*

¹⁵*Pilatus autem, volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam et tradidit Iesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur. →*

Mistérios Dolorosos

Terça-feira, Sexta-feira

I. Aquele que, por nós, suou sangue.

Evangelho segundo Lucas 22:39-46

³⁹Conforme o seu costume, Jesus saiu dali e dirigiu-se para o monte das Oliveiras, seguido dos seus discípulos.

⁴⁰Ao chegar àquele lugar, disse-lhes: Orai para que não caiais em tentação.

⁴¹Depois se afastou deles à distância de um tiro de pedra e, ajoelhando-se, orava:

⁴²Pai, se é de teu agrado, afasta de mim este cálice! Não se faça, todavia, a minha vontade, mas sim a tua.

⁴³Apareceu-lhe então um anjo do céu para confortá-lo.

⁴⁴Ele entrou em agonia e orava ainda com mais insistência, e seu suor tornou-se como gotas de sangue a escorrer pela terra.

⁴⁵Depois de ter rezado, levantou-se, foi ter com os discípulos e achou-os adormecidos de tristeza.

⁴⁶Disse-lhes: Por que dormis? Levantai-vos, orai, para não cairdes em tentação.

II. Aquele que, por nós, foi flagelado.

Evangelho segundo Matheus 27:26

²⁶Libertou então Barrabás, mandou açoitar Jesus e lho entregou para ser crucificado.

Evangelho segundo Marcos 15:6-15

⁶Ora, costumava ele soltar-lhes em cada festa qualquer dos presos que pedissem.

⁷Havia na prisão um, chamado Barrabás, que fora preso com seus cúmplices, o qual na sedição perpetrara um homicídio.

⁸O povo que tinha subido começou a pedir-lhe aquilo que sempre lhes costumava conceder.

⁹Pilatos respondeu-lhes: Quereis que vos solte o rei dos judeus?

¹⁰(Porque sabia que os sumos sacerdotes o haviam entregue por inveja.)

¹¹Mas os pontífices instigaram o povo para que pedissem de preferência que lhes soltasse Barrabás.

¹²Pilatos falou-lhes outra vez: E que quereis que eu faça daquele a quem chamais o rei dos judeus?

¹³Eles tornaram a gritar: Crucifica-o!

¹⁴Pilatos replicou: Mas que mal fez ele? Eles clamavam mais ainda: Crucifica-o!

¹⁵Querendo Pilatos satisfazer o povo, soltou-lhes Barrabás e entregou Jesus, depois de açoitado, para que fosse crucificado. →

Evangelium secundum Ioannem 19:1

¹*Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum et flagellavit.*

III. Qui pro nobis spinis coronatus est.

Evangelium secundum Ioannem 19:1-8

¹*Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum et flagellavit.*

²*Et milites, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum;*

³*et veniebant ad eum et dicebant: “Ave, rex Iudæorum!”; et dabant ei alapas.*

⁴*Et exiit iterum Pilatus foras et dicit eis: “Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia in eo invenio causam nullam”.*

⁵*Exiit ergo Iesus foras, portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis: “Ecce homo!”.*

⁶*Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamaverunt dicentes: “Crucifige, crucifige!”. Dicit eis Pilatus: “Accipite eum vos et crucifigite; ego enim non invenio in eo causam”.*

⁷*Responderunt ei Iudæi: “Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit”.*

⁸*Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit*

IV. Qui pro nobis crucem baiulavit.

Evangelium secundum Ioannem 19:16-22

¹⁶*Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Susceperunt ergo Iesum.*

¹⁷*Et baiulans sibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum, quod Hebraice dicitur Golgotha,*

¹⁸*ubi eum crucifixerunt et cum eo alios duos hinc et hinc, medium autem Iesum.*

¹⁹*Scripsit autem et titulum Pilatus et posuit super crucem; erat autem scriptum: “Iesus Nazarenus Rex Iudæorum”.*

²⁰*Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus; et erat scriptum Hebraice, Latine, Græce.*

²¹*Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: “Noli scribere: Rex Iudæorum, sed: Ipse dixit: “Rex sum Iudæorum”.*

²²*Respondit Pilatus: “Quod scripsi, scripsi!”.*

V. Qui pro nobis crucifixus est.

Evangelium secundum Ioannem 19:25-30

²⁵*Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius, Maria Cleopæ, et Maria Magdalene.*

Evangelho segundo João 19:1

¹Pilatos mandou então flagelar Jesus.

III. Aquele que, por nós, foi coroado de espinhos.

Evangelho segundo João 19:1-8

¹Pilatos mandou então flagelar Jesus.

²Os soldados teceram de espinhos uma coroa e puseram-lha sobre a cabeça e cobriram-no com um manto de púrpura.

³Aproximavam-se dele e diziam: Salve, rei dos judeus! E davam-lhe bofetadas.

⁴Pilatos saiu outra vez e disse-lhes: Eis que vo-lo trago fora, para que saibais que não acho nele nenhum motivo de acusação.

⁵Apareceu então Jesus, trazendo a coroa de espinhos e o manto de púrpura. Pilatos disse: Eis o homem!

⁶Quando os pontífices e os guardas o viram, gritaram: Crucifica-o! Crucifica-o! Falou-lhes Pilatos: Tomai-o vós e crucificai-o, pois eu não acho nele culpa alguma.

⁷Responderam-lhe os judeus: Nós temos uma lei, e segundo essa lei ele deve morrer, porque se declarou Filho de Deus.

⁸Estas palavras impressionaram Pilatos.

IV. Aquele que, por nós, carregou a cruz.

Evangelho segundo João 19:16-22

¹⁶Entregou-o então a eles para que fosse crucificado.

¹⁷Levaram então consigo Jesus. Ele próprio carregava a sua cruz para fora da cidade, em direção ao lugar chamado Calvário, em hebraico Gólgota.

¹⁸Ali o crucificaram, e com ele outros dois, um de cada lado, e Jesus no meio.

¹⁹Pilatos redigiu também uma inscrição e a fixou por cima da cruz. Nela estava escrito: Jesus de Nazaré, rei dos judeus.

²⁰Muitos dos judeus leram essa inscrição, porque Jesus foi crucificado perto da cidade e a inscrição era redigida em hebraico, em latim e em grego.

²¹Os sumos sacerdotes dos judeus disseram a Pilatos: Não escrevas: Rei dos judeus, mas sim: Este homem disse ser o rei dos judeus.

²²Respondeu Pilatos: O que escrevi, escrevi.

V. Aquele que, por nós, foi crucificado.

Evangelho segundo João 19:25-30

²⁵Junto à cruz de Jesus estavam de pé sua mãe, a irmã de sua mãe, Maria, mulher de Cléofas, e Maria Madalena.

²⁶*Cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri: "Mulier, ecce filius tuus".*

²⁷*Deinde dicit discipulo: "Ecce mater tua". Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*

²⁸*Post hoc sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dicit: "Sitis".*

²⁹*Vas positum erat aceto plenum; spongiam ergo plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.*

³⁰*Cum ergo accepisset acetum, Iesus dixit: "Consummatum est!". Et inclinato capite tradidit spiritum.*

Mysteria Gloriosa **Feria Quarta, Dominica**

I. Qui resurrexit a mortuis.

Evangelium secundum Marcum 16:1-7

¹*Initium evangelii Iesu Christi Filii Dei.*

²*Sicut scriptum est in Isaia propheta: "Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeprabit viam tuam;*

³*vox clamantis in deserto: "Parate viam Domini, rectas facite semitas eius",*

⁴*fuit Ioannes Baptista in deserto praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum.*

⁵*Et egrediebatur ad illum omnis Iudaeae regio et Hierosolymitae universi et baptizabantur ab illo in Iordane flumine confitentes peccata sua.*

⁶*Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa lumbos eius, et locustas et mel silvestre edebat.*

⁷*Et praedicabat dicens: "Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum eius.*

II. Qui in caelum ascendit.

Evangelium secundum Lucam 24:46-53

⁴⁶*Et dixit eis: "Sic scriptum est, Christum pati et resurgere a mortuis die tertia,*

⁴⁷*et praedicari in nomine eius paenitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem.*

⁴⁸*Vos estis testes horum.*

⁴⁹*Et ecce ego mitto promissum Patris mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtutem ex alto".*

²⁶Quando Jesus viu sua mãe e perto dela o discípulo que amava, disse à sua mãe: Mulher, eis aí teu filho.

²⁷Depois disse ao discípulo: Eis aí tua mãe. E dessa hora em diante o discípulo a levou para a sua casa.

²⁸Em seguida, sabendo Jesus que tudo estava consumado, para se cumprir plenamente a Escritura, disse: Tenho sede.

²⁹Havia ali um vaso cheio de vinagre. Os soldados encheram de vinagre uma esponja e, fixando-a numa vara de hissopo, chegaram-lhe à boca.

³⁰Havendo Jesus tomado do vinagre, disse: Tudo está consumado. Inclinou a cabeça e rendeu o espírito.

Mistérios Gloriosos **Quarta-feira, Domingo**

I. Aquele que ressucitou dos mortos.

Evangelho segundo Marcos 16:1-7

¹Princípio da boa nova de Jesus Cristo, Filho de Deus. Conforme está escrito no profeta Isaías:

²Eis que envio o meu anjo diante de ti: ele preparará o teu caminho.

³Uma voz clama no deserto: Traçai o caminho do Senhor, aplanai as suas veredas (Mal 3,1; Is 40,3).

⁴João Batista apareceu no deserto e pregava um batismo de conversão para a remissão dos pecados.

⁵E saíam para ir ter com ele toda a Judéia, toda Jerusalém, e eram batizados por ele no rio Jordão, confessando os seus pecados.

⁶João andava vestido de pêlo de camelo e trazia um cinto de couro em volta dos rins, e alimentava-se de gafanhotos e mel silvestre.

⁷Ele pôs-se a proclamar: "Depois de mim vem outro mais poderoso do que eu, ante o qual não sou digno de me prostrar para desatar-lhe a correia do calçado.

II. Aquele que subiu aos céus.

Evangelho segundo Lucas 24:46-53

⁴⁶Assim é que está escrito, e assim era necessário que Cristo padecesse, mas que ressurgisse dos mortos ao terceiro dia.

⁴⁷E que em seu nome se pregasse a penitência e a remissão dos pecados a todas as nações, começando por Jerusalém.

⁴⁸Vós sois as testemunhas de tudo isso.

⁴⁹Eu vos mandarei o Prometido de meu Pai; entretanto, permanecí na cidade, até que sejais revestidos da força do alto.

⁵⁰*Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam et, elevatis manibus suis, benedixit eis.*

⁵¹*Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis et ferebatur in cælum.*

⁵²*Et ipsi adoraverunt eum et regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno*

⁵³*et erant semper in templo benedicentes Deum.*

III. Qui Spiritum Sanctum misit.

Actus Apostolorum 2:1-7

¹*Et cum compleretur dies Pen tecostes, erant omnes pariter in eodem loco.*

²*Et factus est repente de cælo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum, ubi erant sedentes.*

³*Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum;*

⁴*et repleti sunt omnes Spiritu Sancto et cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus dabat eloqui illis.*

⁵*Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est;*

⁶*facta autem hac voce, convenit multitudo et confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes.*

⁷*Stupebant autem et mirabantur dicentes: “Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt?”*

IV. Qui te assumpsit.

Liber Psalmorum 16:10

¹⁰*Quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

V. Qui te in cælis coronavit.

Apocalypsis Ioannis 12:1

¹*Et signum magnum appa ruit in cælo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim;*

11. Glória (sempre ao final de cada um dos mistérios [os itens que estão representados em números romanos I, II, III, etc.]

12. Oração de Fátima (repetir após item 11)

O pie Jesus, dimitte nobis debita nostra, libera nos ab igne inferni, perduc in cælum omnes animas, præsertim eas, quæ misericordiæ tuæ maxime indigent.

⁵⁰Depois os levou para Betânia e, levantando as mãos, os abençoou.

⁵¹Enquanto os abençoava, separou-se deles e foi arrebatado ao céu.

⁵²Depois de o terem adorado, voltaram para Jerusalém com grande júbilo.

⁵³E permaneciam no templo, louvando e bendizendo a Deus.

III. Aquele que enviou o Espírito Santo.

Atos dos Apóstolos 2:1-7

¹Chegando o dia de Pentecostes, estavam todos reunidos no mesmo lugar.

²De repente, veio do céu um ruído, como se soprasse um vento impetuoso, e encheu toda a casa onde estavam sentados.

³Apareceu-lhes então uma espécie de línguas de fogo que se repartiram e pousaram sobre cada um deles.

⁴Ficaram todos cheios do Espírito Santo e começaram a falar em línguas, conforme o Espírito Santo lhes concedia que falassem.

⁵Achavam-se então em Jerusalém judeus piedosos de todas as nações que há debaixo do céu.

⁶Ouvindo aquele ruído, reuniu-se muita gente e maravilhava-se de que cada um os ouvia falar na sua própria língua.

⁷Profundamente impressionados, manifestavam a sua admiração: Não são, porventura, galileus todos estes que falam?

IV. Aquele que te ascendeu aos céus.

Salmos 15(Heb. 16):10

¹⁰porque vós não abandonareis minha alma na habitação dos mortos, nem permitireis que vosso Santo conheça a corrupção.

V. Aquele que nós céus te coroaste.

Apocalipse 12:1

¹Apareceu em seguida um grande sinal no céu: uma Mulher revestida do sol, a lua debaixo dos seus pés e na cabeça uma coroa de doze estrelas.

O meu bom Jesus, perdoai a nossas dívidas, livrai-nos do fogo do inferno, conduzi aos céus todas as almas, e socorrei principalmente as que mais precisarem de tua misericórdia.

Assim procedemos para os outros quatro mistérios do terço

Ao final, rezamos a 'Salve Rainha'.

Salve Regina

Salve, Regina, mater misericordiae, vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exsules filii Euae.

Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle.

Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, o pia, o dulcis, Virgo Maria. Amen.

Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Salve Rainha

Salve, Rainha, mãe de misericórdia, vida, doçura e esperança nossa, salve.

A vós clamamos, os degradados filhos de Eva.

A vós suspiramos, gemendo e chorando neste vale de lágrimas.

Eia, pois, advogada nossa, estes vossos misericordiosos olhos a nós volvei.

E, depois deste desterro, mostrai-nos Jesus, bendito fruto do vosso ventre.

Ó clemente, ó piedosa, ó sempre Virgem Maria. Amém.

Rogai por nós Santa Mãe de Deus.

Para que sejamos dignos das promessas de Cristo.

Fontes:

<http://intribulationepatientes.wordpress.com/2009/08/09/como-rezar-o-terco-em-latim>

<http://www.preces-latinae.org>